Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad colo

qua et thessalonicam semel et bis
misistis mihi in usum mihi misistis. non quia quo
datum sed requiro fructum habun
dantem in rationem vestram. Habeo
autem omnia et habundando repletus
sum acceptis ab epafrodito quem
misistis in odorem suavitatis hostiam
placentem deo. Deus autem me
impleat omne desiderium vestrum
secundum divicias suas in gloriam in
cristo iheso. Deo autem et patri nro
sit gloria in secula in seculorum amen.
Salutate omnem sanctum in cristo
iheso. Salutant vos qui mecum sunt
fratres. Salutant vos omnes sanctorum
maxime autem qui de cesaris domo
sunt. Gratia domini nostri iheso
cristi cum spiritu sancto. amen.

Incipit prologus in epistolam pauli
ad colosenses.

Colosenses sicut et laodi
censes sunt asyam et ipsi
prevenerant apseudo
aplis. nec ad hos accessit
ipse apostolus. sed ad hos. qui epistolam
receperant corrigit. audierant
enim verbum ab archippo. qui et im
misterium in eos accepit. Ergo a
pstus iam ligatus. scribit eis ab ep
heso per tychicum diaconem et one
simum a cohortem. Incipit epistola
pauli ad colosenses.

Paulus aplus xpi ihe
su per voluntatem dei
et timotheus frater
hus qui sunt colosis
sanctis et fidelibus fra
tribus in cristo iheso. gratia vobis
et pax a deo patre nostro et domi
no iheso cristo. Gratias agimus
deo et patri domini nostri iheso cristi
semper pro vobis orantes. audien
tes fidem vestram in cristo iheso et
dilectionem quam habetis in sanctos
omnes propter spem que reposita est
vobis in celis. quam ante audistis
in verbo veritatis evangelii. quod
pervenit ad vos. sicut et in universo
mundo est et fructificat et crescit si
cut in vobis. ex eo die qua audistis
et cognovistis gratiam dei in veritate
sicut didicistis ab epafrodito carissimo con
servo nostro qui est fidelis pro vobis
minister iheso cristi. qui etiam mani
festavit nobis dilectionem vestram
in spiritu. Ideo et nos ex qua die audi
vimus. non cessavimus pro vobis
orantes et postulantes. ut impleamini
agnitione voluntatis eius in omni
sapientia et intellectu spi
ritu ut ambuletis digne deo per omnia
placentes in omni opere bono fruc
tificantes et crescentes in scientia
dei. in omni virtute confortati se
cundum potentiam claritatis eius.
in omni patientia et longanimita
te cum gaudio spiritali. gratias age
tes deo et patri. qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctorum in lu
mine veritatis qui eripuit nos de po
testate tenebrarum et transtulit nos
in regnum filii dilectionis sui in quo
habemus redemptionem in remissionem
peccatorum qui est imago dei invisi
bilis primogenitus omnis creatu